IV. Si in altissimis montibus aut locis profundissimis [illegible] gravitas deprehendatur minor, quam in planitie telluris, ratio prioris alia non est, quam quod gravitas agat in ratione inversa duplicata distantiarum. Cum igitur quadrata distantiarum eo majora fiant, quo corpora in montibus [illegible] sunt magis remota a centro terræ; necesse est, ut in qua ratione crescunt distantiarum quadrata, in eadem vis gravitatis decrescat. Phænomenon posterius intelligitur ex eo, quod in ejusmodi fodinis corpora non amplius graviter versus totam terram, quæ [illegible] dum fieri solet in [illegible] supra ejus superficiem [illegible] [illegible] vero gravitatis accelerativa est proportionali massæ, ad quam [illegible].

75 **LXXXV.** Quid per gravitatem universalem intelligatur?

Per gravitatem universalem intelligitur determinatio ad motum, qua omnia corpora et eorum elementa [illegible] perpetuo nituntur. Gravitas corporum respectu [illegible], ad cujus centrum in distantiis paulo majoribus determinant (attractio dicitur [illegible]), item ad centrum terræ, quatenus tendit ad alicujus corporis medium vel centrum.

76 **LXXXVI.** [illegible] totalia.

[illegible] totum corpora, quorum [illegible] in [illegible], et quæ semper in [illegible] et magnitudinem [illegible], vocantur totalia. Quorsum autem totale corpus constant ex planetis [illegible] inter totalia recensentur tellus nostra, sol, planetæ omnes, tum primarii quam secundarii, seu satellites, et stellæ fixæ.

[illegible]

[illegible] igitur gravitate universali demonstrare, [illegible] necesse est, eam convenire non solum corporibus terrestribus, sed etiam [illegible], adeoque omnibus ad [illegible] [illegible] planetarium [illegible]

clarissime astronomorum observationes docent.

LXXVII.

I. Planetas primarios circa Solem, secundarios circa suos primarios in orbitis ellipticis revolvi ita, ut sol occupet focum earum ellipsium, quas primarii describunt; quivis autem primarius sit in foco ellipsium, quas ipsius satellites suâ revolutione conficiunt. Hinc planetæ revertuntur ad idem, unde digressi fuerant, adeoque curvas describunt. Curvæ illæ non sunt circuli, tum quia universa motus theoria non sic bene verificatur per circulos, quam per ellipses; tum quia celeritas planetarum, quam habent in diversis orbitæ punctis, non est uniformis ac constans, qualem oporteret esse in circulis, quorum centra essent centra virium. Solem autem non existere in centro, sed in foco ellipsium inde colligitur, quod planetæ durante sua revolutione nonnisi semel pertingant ad aphelium, seu maximam a Sole distantiam, et nonnisi semel ad perihelium seu minimam distantiam a Sole. Si enim Sol existeret in centro ellipseos, planeta quivis bis in aphelio, et bis in perihelio existeret.

II. Planetas ita moveri in his orbitis, ut describant radiis vectoribus areas temporibus proportionales, nempe æqualibus temporibus areas æquales, [illegible]. Unde patet, eos in suis ellipsibus non circumferri motu æquabili: cum enim areæ æqualibus temporibus descriptæ sint æquales, una basis major esse debet quam altera, et quia eodem tempore percurruntur, etiam planetæ celeritas major esse debet per unam, quam per aliam basim.

III. Quadrata temporum periodicorum esse ut cubos distantiarum mediarum, quas planetæ primarii a Sole, et satellites a suo centro communi habent.

LXXVIII Prop. 6

Omnes planetæ gravitant in centrum, circa quod revolvuntur; et hæc vis gravitatis est in ratione reciproca duplicata distantiarum a centro, ad quos tendunt.

R. hæc propositio [illegible] inductione. Et primo quidem ex calculo inito circa motum Lunæ, quæ est satelles Telluris, constat vim ejus centripetam seu gravitatem esse ejusdem et ejusdem generis cum gravitate corporum terrestrium, quoniam utraque eundem effectum seu efficacitatem et eandem directionem habet in æqualibus a communi centro distantiis. Vis autem gravitatis Lunæ in terram est in ratione inversa duplicata distantiæ a centro terræ, adeo ut tanto minor sit ejus gravitas in Luna, quanto major est quadratum distantiæ, quam Luna habet a Tellure. Porro cum ex n° præcedenti Luna [illegible] moveatur circa terram in [illegible]; nec non ejus centripetam, qua in terram agitur, esse in ratione inversa duplicata distantiarum a centro Telluris. Si enim

enim

enim theorema demonstratum quod mobile viribus gravitatis et projectionis in ellipsi revolutum, urgeatur gravitate agente in ratione inversa duplicata distantiarum in centrum.

2do. Cum gravitas corporum terrestrium de qua n.º 61 [illegible] eadem cum gravitate Lunæ in superficie telluris; ita autem sit reciproce, ut quadratum distantiæ a centro terræ: gravitas corporum quoque terrestrium erit in ratione inversa duplicata distantiarum ab eodem centro. Quare si distantia corporis A a centro terræ [illegible] ut sex, corporis B ut quatuor: gravitas corporis A cæteris paribus, erit gravitati corporis B, sicut quadratum distantiæ quatuor sese habet ad quadratum distantiæ sex, id est sicut sexdecim se habet ad triginta sex.

3tio ex motu planetarum primariorum. Ex N.º 77. Planetæ primarii describunt circa Solem areas temporibus proportionales: omne autem corpus, quod sua revolutione describit areas temporibus proportionales, urgetur vi centripeta versus centrum, circa quod ipsæ areæ describuntur: ergo omnes planetæ primarii gravitant in Solem. Atqui omnes ipsi motu suo describunt ellipses (ex n.º præc.): ergo eorum gravitas est in ratione inversa duplicata distantiarum a Sole. Idipsum patet etiam ex eo quod ex dictis numero eodem quadrata temporum, quibus planetæ primarii suas orbitas absolvunt, sunt ut cubi distantiarum a centro virium: Porro est, facile demonstratum forte [illegible] constat, vim gravitatis debere esse in ratione reciproca duplicata distantiarum a centro, quando tempora periodica sunt ut cubi distantiarum.

4to Ex motu satellitum. Præter Lunam seu satellitem telluris etiam alii satellites [illegible] in primarios suos [illegible] gravitant; etenim [illegible] quæ primarii in Solem, et [illegible] in centrum telluris, inde patet, quod circa [illegible] sunt [illegible], quod areas describunt circa primarios temporibus proportionales, et quod [illegible] quadrata temporum periodicorum [illegible] distantiarum.

5to ex motu cometarum ex [illegible] observationibus, [illegible] cometæ [illegible] in lineis curvis in se ipsas redeuntibus. [illegible] Decembr. anni 1577, [illegible] Decembr. anni 1680. [illegible] cometa [illegible] anno [illegible] observatus est [illegible] anno 1531, a Keplero [illegible] anno 1607, a Newtono anno 1682, anno 1759 ab omnibus [illegible] observabatur. [illegible]

duplici vi projectili et centripeta, non minus, quam reliqua corpora coelestia describentia: nam effectus ejusdem generis habent easdem causas. Ast curvae, quas cometae describunt, non possunt esse circulares, quia modo magis modo minus distant a sole: ergo debent esse ellipses. Praeterea deprehensum est, radios vectores ductos ex sole in cometas describere areas temporibus proportionales: ergo etiam cometae gravitant in solem. Igitur omnes planetae et[c].

Corolaria.

Quare sicut gravitas Lunae sic etiam gravitas tam reliquorum satellitum quam cometarum et planetarum, convenit cum gravitate corporum terrestrium et quidquid discriminis deprehenditur, non ex indole et natura gravitatis repeti debet, sed a solo discrimine distantiarum et massarum attrahentium.

Quoniam vis corporum est vis elementorum, eadem erit in omnibus elementis vis gravitatis, et in singulis aget in ratione inversa duplicata distantiarum.

Quemadmodum corpora terrestria hac lege gravitant in terram, sic solaria quoque corpora in solem, lunaria in lunam, et reliqua in ea stellaria corpora gravitant, quorum partes sunt, et ad quae pertinent. Si unum punctum ab altero attrahitur, adeoque in alterum gravitat, etiam hoc vicissim ab illo attrahatur, atque in illud gravitet necesse est, et quidem eodem effectu, quoniam eadem utrinque vis, et par unius ab altero est distantia. Quapropter omnia rerum materiae puncta, atque adeo omnia quoque corpora, saltem quae non planetarii systematis partes sunt, eadem gravitatis vi, eademque lege in se mutuo gravitant.

LXXIX
Solvuntur objectiones
Obj. primo

Objicies primo. Gravitas seu attractio universalis demonstratur potissimum ex eo, quod Planetae primarii circa solem, secundarii circa primarios describant areas temporibus proportionales, atque adeo binis viribus circa sua centra agantur, altera projectili, vi cujus determinantur ad percurrendas lineas rectas, et altera centripeta sive ad centrum tendente. Atqui hoc est falsum. Nam in motibus Jovis et Saturni, ubi proxime ad se accedunt, plurimae observantur aberrationes, quae areas temporibus proportionales perturbant.

Respon.

R. Quinimo hi errores, quibus horum corporum motus sunt obnoxii, doctrinam confirmant. Etenim cum Saturnus, Jupiter, et sol tempore conjunctionis consistant in eadem linea recta, et actio Jovis, cujus et massa est maxima, et distantia a Saturno minima, conspiret cum actione solis, gravitas Saturni debet augeri: hoc vero au

mento

mentis debet notabiliter perturbare motus Saturni et ejus satellitum nec non eorum orbitas. Porro ista perturbatio non adeo turbat nostram Theoriam, ut Newtonus predixerit eas tamquam ejus doctrinæ consectarium, et Astronomi observaverint, eas cum predictione consentire.

Objec. 2 Si planeta quispiam a sole attraheret, et Luna a tellure progressu temporis in sese mutuo precipites ruere deberent. Nec prodest recurrere ad vim projectilem: nam velocitas primo projectioni indita deberet tandem tota extingui et ea extincta corpora decidendo esset in centrum. Etenim projectionis velocitas est finita; vi autem centripeta continuo aliquid ex ea decerpit.

Resp. R. Mutuo quidem in se ruerent Planetæ, si sola vi centripeta urgerentur, verum gaudent etiam vi projectili, quæ conjuncta cum centripeta facit, ut Planetæ lege admiranda retineantur in orbibus suis. Vi nempe centripeta utcumque magna non aliud prestat, quam ut corpus perpetuo deducat a tangente ad arcum: ergo non potest efficere, ut corpus suam deserat orbitam et ad centrum decidat. Falsum autem est, vim centripetam assidue aliquid decerpere ex velocitate vis projectili. Vi enim centripeta modo auget modo minuit vis projectilis velocitatem. Auget quidem, dum corpus in Clivo descendit ab abside summa ad immam, quia tunc vis centripeta concurrit cum velocitate mobilis: minuit vero, quando mobile ab abside imma ascendit ad summam, quia tunc vis centripeta opponit velocitati.

Objec. 3 Si lapidem universalis inesset gravitatis et attractionis [illegible] [illegible], quemadmodum tellus attraheret lapidem cadentem, sic etiam lapis tellurem attraheret: atqui hoc [illegible] est: ergo

Resp. R. [illegible] [illegible] ut [illegible] sit a [illegible] Tellurem terra a lapide attrahi [illegible] [illegible] ea gravissimo fundamento inniti. Effectum tamen hujus attractionis non observamus. Constat enim velocitates corporum esse pondentes [illegible] gravior [illegible]. Quare [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] terra, et a terra [illegible] [illegible] ita ut [illegible] versus terram, et terra moveatur versus lapidem, [illegible] velocitas est omnino diversa

Obj. 4 Si daretur gravitas universalis, duo globi [illegible] in superficie speculi positi deberent ad sese mutuo accedere; atqui id non contingit: ergo

Resp. R. [illegible] [illegible] globorum in seipsos respectu gravitatis eorundem in terram est adeo [illegible], ut sentiri non possit. Mirum

mum impedimentum ortum a frictione vel inclinatione plani prorsus insensibili impediet omnem ejus effectum.

Objicies.

Universalis hec gravitas seu attractio efficere deberet ut corpora levia delabentia prope turres aut montes altissimos accederent ad eosdem; et ut ad Lune presentiam corporum terrestrium gravitas minueretur; neutrum tamen horum evenire cernimus: ergo.

Resp.

R. ad primum cum Newtono; „Si quis objiciat, quod corpora omnia, que apud nos sunt hac lege gravitare in se deberent mutuo, cum tamen ejusmodi gravitas non sentiatur, Respondeo, quod gravitas in hec corpora cum sit ad gravitatem in terram totam, ut sunt hec corpora ad terram totam, longe minor est, quam que sentiri possit„. Si tamen corpus prope quod grave delabitur, sit admodum vastum declinatio tunc motus futura est notabilis. Hinc declinatio penduli ex actione montis Chimboracco in Peruvio proveniens est septem minutorum secundorum. Ad 2dum autem quod attinet quamvis aliquam demus Lune vim in tellurem, velut eam, que ad estus maris sufficit; tamen iste non adeo notabiles sunt, ut corporum terrestrium gravitatem imminuant.

Scholion.

Ad faciliorem intelligentiam, sunt hic quedam adhuc adnotanda diligenter. Primo vis gravitatis non est concipienda ad instar nisus accedendi ad punctum aliquod immaginarium seu centrum terre, sed instar nisus partium singularum accedendi ad se mutuo; quamvis certum sit, punctum vero corpus quodvis a Sphera mole diffusa et maxima parte omogenea attrahi in linea recta ad ejus sphere centrum tendente, ita ut punctum hoc gravitet in Spheram istam et singulas ejus partes non aliter ac si omnes Sphere partes in centro essent collecte. 2do, dum corpus aliquod in alterum gravitat, vel attrahitur ab altero, et ideo ad illud accedit ratio hujus accessus est in corpore ad quod accedit. et idcirco quo major erit moleculorum aut punctorum numerus in corpore attrahente, eo major erit actio, qua corpus alterum determinatur ad accessum: etenim quodvis punctum corporis attrahentis agit in aliud quodvis corporis tracti seu gravitantis punctum. 3tio, vis acceleratrix gravitatis in distantiis equalibus est proportionalis masse attrahenti, in quam corpus gravitat. Cum enim singula puncta corporis gravitantis attrahantur a tota massa, in quam gravitat, tot erunt in singulis punctis corporis gravitantis gradus vis acceleratricis,

quot

quod sunt puncta in causa attrahente. ergo quo major est massa attrahens, eo major erit vis acceleratrix corporis gravitantis. Quare puncta corporis quæ ab eadem massa attrahuntur in distantiis vel absolute vel quam proxime æqualibus gaudent æquali vi acceleratrice, et proinde ipsa quoque corpora. In id consentiunt Phenomena et armonia totius Solaris systematis. Vis enim acceleratrix, qua planetæ et cometæ in idem gravitant, major est versus Solem, quam versus alios planetas, eo quod Sol ob majorem massam, majore pollet attrahendi vi. Porro vires motrices seu pondera duorum corporum in se mutuo gravitantium quantacumque magnitudine differant inter se æquantur, nimirum corpus majus gravitans in minus etsi plus materiæ gravitantis in se contineat; tamen in singulis partibus habet vires acceleratrices tanto minores, quanto minor est numerus partium in eo corpore versus quod gravitat. Vicissim corpus minus gravitans versus majus, etsi minorem materiæ gravitantis quantitatem complectatur; tamen habet in singulis suis partibus vires acceleratrices tanto majores, quanto plus materiæ continetur in eo corpore, versus quod gravitat. Unde terra tantum nec plus nec minus in lapidem gravitat, quantum lapis in terram, quæcumque sit utrisque distantia.

Caput Quintum

De Æquilibrio solidorum.

Quodvis instrumentum quod facilitatem aliquam præstat in corpore vel movendo, vel a lapsu cohibendo contra nativam gravitatis vim, Machina dicitur. Machinæ vel ex aliis non componuntur et simplices appellantur, vel fiunt ex simplicibus, et compositæ vocari solent. LXXX. Quid et quotuplex machina?

Quidquid ope machinæ sustinendum est vel ciendum ad motum, pondus nominatur vel resistentia: Vis autem machinæ applicata sive ut corpus moveat, sive ut illud sustineat, dicitur potentia, quæ et vel animata est ut homo, vel inanimata, ut aër, aqua &c. Quamvis latiori significatione potentia dici solet id omne, quod agere, alterum ad motum ciere vel etiam alteri resistere potest, quo sensu etiam pondus pro potentia potest haberi. LXXXI. Quid pondus et potentia?

Æquilibrium est quies potentiarum in se mutuo agentium; orta ex æquali earum nisu et renisu secundum directiones oppositas, quando nempe corpora ita se sustentant circa centrum motus seu punctum suspensionis, ut vi gravitatis ellitæ neutrum prævalat tendentiam vincere, et ad ascensum, vel descensum determinare; corpora dicuntur esse in æquilibrio. Unde æquilibrium habetur, toties quoties talia sunt obstacula, quæ motui opponuntur, ut æquivaleant nec excedant quantitatem motus, quæ in corpore inest. LXXXII. Quid æquilibrium?

Scholion.

Si duo corpora dura æqualis massæ pari velocitate et directionibus oppositis sibi occurrant, ambo quiescent et habebitur æquilibrium. Immo etiamsi inæquales sint massæ, dummodo velocitas minoris tantum superet velocitatem majoris, quantum massa majoris vincit massam minoris, et mutuo in se incurrant; demum quiescent, et æquilibrium obtinebunt. Ista vero quies et æquilibrium perseverabit si continuantur adhuc vires in corpora agentes, quoniam quo instanti sequenti, quo velocitates communicarent in directionibus oppositis et æquales iis, quas ante ictum habebant. Ergo quotiescumque vires æquales agunt in se invicem directionibus oppositis, habebitur æquilibrium. Talem ejusmodi vires habent, quando massæ sunt in ratione inversa velocitatum. Ergo obtinetur æquilibrium, quando massæ sunt

sunt in ratione inversa velo...tatis. Permanebit autem equilibrium ipsi etsi corpora non moveantur, dumodo ita se habeant, ut si moverentur, velocitates haberent in directionibus oppositis, et in ratione inversa masarum. Preterea ad equilibrium sufficit, ut quomodocumque unius corporis actio transeat ad alterum, vel etiam plurium ad unum. Sic si duo corpora in virge interjacentis extremitates sic incurrant, ut corporis unius actio transeat ad alterum, nascetur equilibrium. Equilibrio autem stante possunt potentie habere motum communem et absolutum, ut fit si Navis, cujus ponte va equilibrant, alio transferatur: unde quies, que definitionem equilibrii ingreditur, respectiva tantum est, que non impedit, quominus potentie in equilibrio constitute motu communi et absoluto ferrantur.

LXXXIII. Quid centrum gravitatis et magnitudinis?

Centrum gravitatis est illud cuiuscujusque corporis punctum per quod si planum transeat, corpus ipsum in duas equales ponderis partes hinc inde ita dividetur. Centrum magnitudinis vocatur illud corporis punctum per quod omnia transeuntia plana corpus ipsum dividunt in duas equalis magnitudinis partes.

Scholion

Si corpus fuerit omogeneum, seu ejusdem ubique gravitatis et regulare, centrum gravitatis plane conveniet cum centro magnitudinis. Attamen non ita res se habebit, si corpus fuerit vel irregulare vel eterogeneum. Si enim fuerit irregulare, fieri non poterit, ut omnes recte ducte ex uno puncto ad omnes extimas ipsius corporis partes sint inter se prorsus equales, uti postulat centrum magnitudinis. Si vero fuerit heterogeneum, seu diverse gravitatis, jam partes equalis magnitudinis non debent esse equalis ponderis, ut postulat centrum gravitatis. Porro mechanici omnes concipiunt gravitatem corporis, collectam in uno gravitatis centro, et merito quidem. suspenso enim corpore ex centro gravitatis, omnes ipsius partes circa illud penitus librantur, ac si non essent graves: insuper omnes dirigunt conatus centrum gravitatis dum ipsum autem sursum urgetur aut deorsum labitur.

LXXXIV. Quid commune gravium et ponderum centrum?

[illegible] ... centrum ... Centrum ... illud ... [illegible]

Caput Quintum.

LXXV. Quomodo centrum gravitatis corporis determinetur. Fig. VIII.

Centrum gravitatis in quovis corpore sic determinatur. Corpus exempli gratia BC, filo circa fixum punctum A involuto libere libere suspendatur secundum latitudinem NL et deinde iterum ex eodem puncto A pendulum AB ad perpendiculum; diameter gravitatis exhibebitur per rectam NL et in ea erit punctum respondens ejusdem gravitatis centro. Colore aliquo diameter illa signetur. Unde idem corpus appendatur secundum longitudinem DE: demissum pendulum alteram gravitatis diametrum DE exhibebit. Itaque intersectio O utriusque diametri communi dabit punctum, cui centrum gravitatis intra profunditatem corporis situm, respondebit. Si enim corpus illud secundum latitudinem NL appensum quiescit: ergo ejus partes NC, LB equalis sunt ponderis: item equalis sunt ponderis partes BE, DC, si appensum secundum longitudinem DE aeque quiescit.



Fig. IX.

Si duo corpora AB a mediis extremitatibus recte virge infixa fuerit equalis ponderis; habebunt commune gravitatis centrum in puncto in quo virga ipsa, sive distantia amborum corporis ab alio bifariam dividitur, velut in C. Si vero fuerit ponderis inaequalis: explorandum imprimis erit utriusque pondus; deinde inveniendum in virga illud punctum, quod ab utroque corpore distat in reciproca suorum ponderum ratione: hoc punctum erit commune illorum corporum centrum gravitatis. Si corporis A pondus sit ut quatuor, illud corporis B ut duo, et distantia AB sit ut sex: punctum distans ut duo a corpore A, et ut quatuor a corpore B velut D, erit centrum gravitatis quaesitum.



Fig. X.

Sint tria corpora a b c, ponderum quatuor, duo, tres, eorumque distantia AB sit digitorum quindecim, quinque autem BC. Imprimis est inveniendum centrum commune gravitatis corporum AB, et erit M distans digitis quinque ab A et decem a B. Porro cum utriusque hujus corporis momenta simul unguntur in communi centro M; idcirco corpora ista jure merito spectari possunt velut si ambo eidem puncto M appensa



pensa

quemvis et una ... in ... conspiraret corpus ... propterea pondus esset equale sex. Igitur duorum corporum a, et b, et c quaeratur in longitudine MC digitorum quindecim commune gravitatis centrum secundum reciprocam rationem ponderum ... hoc erit punctum N, distans digitis quinque ab M et decem a C; ergo hoc punctum N erit commune gravitatis centrum corporum a, b, c.

Scholion

Atque hujus doctrinae subsidio facile explicari ... in systemate Newtoniano constans ordo et armonia globorum, ex quibus constat aspectabile hoc Universum. Quamvis enim globi illi non sint simul conjuncti ... cum tamen alii in alios agant mutuo per attractionem, ideirco mutuis ... suis actionibus veluti simul conjuncti ... existimantur. Itaque A (vide fig. 9.) sit tellus, B Luna, et E Sol, sintque tria haec corpora ita inter se disposita et ordinata ut punctum D sit centrum commune gravitatis telluris et lunae, punctum vero F repraesentet commune telluris, Lunae et Solis gravitatis centrum; ... dum tellure A et Luna B circa centrum D revolvi, tum hoc centrum D simul cum tellure A, et Luna B, unaque cum sole E revolvi ipse circa aliud centrum F, quin equilibrium perturbetur, si nempe distantiae constanter sint DA, DB, et FE, FD, vel ipsis proportionales.



LXXXII
Propositio

Si linea directionis, qua grave versus terrae centrum tendit, cadat intra basim corporis plano orizontali insistentis, corpus securum erit a lapsu: si vero linea haec cadat extra basim labetur, et quidem versus eam partem, versus quam cadit linea directionis.

Demonstratur 1. Ubi linea directionis cadit intra basim, centrum gravitatis sustentatur; atqui ... grave cadere nequit, si ejus centrum gravitatis aliquo ... sustineatur: quod enim sustineat centrum gravitatis alicujus corporis, sustinet totum corpus; ergo.

Demonstratur 2. Si linea directionis cadat extra basim, centrum gravitatis non sustinetur: ergo cadere debet ... parte, quae non fulcitur, alteri praeponderante, et eam secum ad descensum ... corpus enim ... non ... centrum gravitatis in eadem recta ad orizontem normali ... quamdiu ... sustentationis ... et ... directione gravis, ... grave non ... centrum gravitatis, igitur labetur versus eam partem ubi obstaculum non reperit, idest quo linea directionis cadit.

Dicebam: si linea directionis corporis plano Orizontali insisten-tis inter ejus basim cadat. Si enim corpus impositum sit plano inclinato, descendat per planum illud, quamvis linea directionis ca-dat intra ejus basim. Duplex enim vis distinguenda est in corpore in-sistente plano inclinato, una normalis ad planum, qua agit in hoc; altera relativa, qua corpus urget ad descensum directione plano para-lella: prior quidem elliditur a resistentia plani, non autem posterior ergo omnia puncta corporis positi in plano inclinato, adeoque: ipsum quoque centrum gravitatis habet vim et directionem plano paralellam. Corpus igitur huic directioni A ii obsequendo descendet per planum, quamvis linea direc-tionis cadat intra ejus basim.

Scholion.

LXXXVII

Quenam feno-mena evincan-tur per lineam directionis gra-vium

Ex his facile intelligere est primo, cur turris quædam satis altæ Bono-niensis, Pisana, Coloniensis firme perstant quamvis inclinatæ videantur minam minari: nempe in his linea direc: adhuc cadit intra basim. Dein de Turres ob decrescentem versus verticem murorum crassitiem (utpote qui sursum versus semper contrahi solent) accedunt ad figuram piramidis vel cono num in quibus centrum gravi: magis distat a vertice, quam in cilindris id patet ex cilindro et cono ejusdem altitudinis et baseos impositis eidem plano inclinato, quorum prior citius labitur, quam posterior. Secundo quare gibbo si accedentes antrorsum, et onus tergo bajulantes inclinent antrorsum. Tertio quare e sella surgere nequeamus quamdiu eidem insistentes servamus cor-pus in situ verticali. Quarto omne animal sive bipes sive quadrupes in in-cessu ita unum aut duos pedes attollit ut linea directionis transeat adhuc per centrum gravitatis mollis corporis alio vel aliis pedibus sufultis. Et inde pa-dem sinistrum promoventes corpus nonnihil detorquemus in partem in dexteram, et attollentes dexterum in sinistrum. Quinto labimur dum centrum gra: cadit extra plantæ vel plantarum basim. Et ideo ut lapsum impediamus, dum incurvamur antrorsum, pedem alterum aut plures in posteriora extendimus. Sexto provida etiam natura partes geminatas velut aures, brachia, pedes et disposuit utrinque in equali distantia a linea directionis; econtra partes simplices velut nasum, mentum &c. in medio collocavit. Septimo quires acus nulla arte tenebit supra cus-pide erecta, tum quia linea directionis difficillime consistit super basim angustissimam, tum quia hæc vel minimo aeris motu, aut alia [illegible] exorbitat. Octavo Cumus ad magnam altitudinem onusti fono aut [illegible] ubi [illegible] onusti [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] centrum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] linea directionis [illegible] [illegible] [illegible] ideo [illegible] eo majores [illegible] [illegible] quo [illegible] [illegible] [illegible] objecta attollunt.

LXXXVIII

Quid vecti[s] et ejus [illegible]

[illegible] omnium [illegible], ad quam plures revocantur, est vectis [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] examinemus.



Fig. XI

[illegible] vel sustinendo vel attollendo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] puncto M [illegible] [illegible] [illegible] B [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

rem vectem concipimus velut lineam mathematicam sine latitudine, sine inflexibilitate, sine pondere, que, ut intelexit, quod lac mus, ut hic et nunc ab omnibus n... eius imperfectionibus abstrahatur.

Tres sunt vectis species. Prima est (Fig: XI) quando ubi num C est inter pondus B, et potentiam M: altera est, quando ubi C est in una parte extrema vectis, et in altera potentia M, pondus autem P inter utramque ponitur. Tertia est quando potentia M est inter ubi C et pondus P. Vectis primi generis dicitur etiam heterodromus, quia ponte equiponderat, una potentia elevata altera descendit. Vectis tam secundi quam tertii generis homodromus, quia motu accedentis potentia in utroque eamdem plagam aclunt.

Fig: XII.



Fig: XIII.

LXXXIX
Quid momentum potentie?

Momentum prout hic sumitur significat vim motricem, seu mutuam actionem, quam habet potentia atque resistentia et exerunt per machinas interse. Quare valores unum, quantitates motus, et momenta virium seu potentiarum eumdem significatum habent. Ergo pedetentim que potentie ... in vecte utrinque equalia fuerint, erit vectis in ne. etiam idem nisus extremitas et eo in equilibrio.

XC.
Quando habetur equilibrium in vecte primi generis?

Equilibrium habetur in vecte primi generis, si vel pondere vel distantia ab hipomochlio utrinque equantur, vel si ponderum cum suis distantiis reciprocant, idest si quo majus est unum pondus pre altero, tanto minor est ejusdem distantia a fulcro sit minor, quam distantia alterius. Huic propositioni preter certam experientiam suffragatur ratio. Nam ex ipsis velocitates vel spatia eodem tempore descripta reciprocant cum potentiis; primo momenta potentiarum ex n.° precedenti sunt equalia; deinde factum ex quavis potentia in spatium ab ipsa descriptum est equale facto ex alia potentia in suum spatium; tandem factum ex quavis potentia in suam distantiam a centro motus equatur facto ex altera potentia in suam a centro motus distantiam. Quando autem inverse momenta virium sunt equalia, sive quando facta ex singulis potentiis in suas distantias, vel in spatia descripta equantur, habetur equilibrium: ergo etc.

corollarium.

Qualibet igitur vel minima potentia ope vectis heterodromi ... vel... movere pondus utcumque enorme, vel illud movere

ex quo

quodlibet vel minimum pondus potest resistere potentiae utcunque validae, ne sustentet aut moveat. Ad primum enim quod attinet distantia potentiae ab Hypomochlio concipi potest in infinitum producta. ergo quamvis potentia sit minima, tamen ejus momentum aliquo modo esse potent infinitum, et proinde augebimus, ut momentum ponderis exaequet vel superet, et pondus ipsum sustineat et vel moveat. Atque hinc Archimedes Hieroni dixisse fertur: dic ubi consistam, et Caelum terramque movebo. Alterum quoque constat. siquidem distantia in infinitum potest augeri, et cum ea in infinitum crescere ponderis momentum, adeo ut pondus ipsum et minimum tamen ejus momentum potentiam utcumque validam excedat.

Ad vectem primi generis referuntur varia instrumenta, quibus in vita communi utimur, qualia sunt forfices, forcipes, emunctoria ellichniorum, in quibus clavicubus medius vices fulcri gerit, pondus est materia scindenda, quae uni brachio applicatur, potentia tenet brachii alterius manubrium. Quare quo longiora fuerint manubria et pondus propius ad motum fulcro, eo magis valebit potentia. Scholion.

In vecte homodromo sive [illegible] genens habet aequilibrium si pondere seu potentia cum distantiis a fulcro sint in ratione reciproca. De hujus quoque propositionis veritate indubitata convincit experientia, atque ex ratione demonstrati [illegible] unt. XCI. Quando vectis habet aequilibrium in 2do [illegible]

Ex proprietate [illegible] vectis generis intelligimus, quomodo duo homines [illegible] [illegible] in pertica [illegible] portandam; nempe quanto minus oneris est quis ferendo, [illegible] distantia ejus ab onere [illegible], major esse debet [illegible]. Cur dentibus molaribus [illegible] propioribus fortius mordeamus, quam [illegible] ore sunt et a fulcro magis remoti. [illegible] cultris [illegible] [illegible] ad concidenda [illegible] [illegible] scindendi [illegible] [illegible] [illegible] gubern[illegible]. Remus remige et [illegible] vecte [illegible] generis in quo fulcrum est aqua uni extremo remi resistens, potentia manus remigis [illegible] applicata, [illegible] navis [illegible] XCII. [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] vecti [illegible] generis [illegible] onus movendum semper magis quam potentia distat [illegible] Hypomochlio; patet, in hoc vecte ad [illegible] aequilibrium [illegible] potentiam pondere majorem; adeoque ex eo nulla [illegible] incommodum [illegible] sed [illegible] [illegible] [illegible] tempore [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] ad vectem tertii generis referuntur hae machinarum [illegible] [illegible] incumbente premuntur ut rota quaedam [illegible]; [illegible] fit in

in movendi ... producenda illa linania destinati ... actis et ostia januæ ejusmodi vectem exhibet. Vectem enim ... extrema ... cardines, in altero extremo ... potentia seu resistentia, in puncto quodam intermedio est unda cui applicatur potentia. Hinc patet ... esse viciniore esse a fore motus, quam ab ex ... remotam. Simili vecti genere utitur natura, quando ... musculorum movent artus, ut ... demonstrat Borelli, de motu animalium.

Scholion. Non raro contingit ut directio nisus potentiæ vectis sit obliquus. Porro patet vim ... esse ... quamvis actio est directa. Quare potentia nunquam majorem habet efficacitatem quam ubi ejus directio est perpendicularis radio vectis per cujus extremitatem agit, adeo ut potentia quæ in directione perpendiculari sufficeret ad datum pondus sustinendum ... ad illud idem pondus sustentandum in directione obliqua. Si directiones ... obliquitatis gradus, illa ex ... magis imminuet vim potentiæ, quæ magis declinaverit ab angulo recto.

XCIII. Libra seu bilanx est vectis æqualium brachiorum quo æqualitas ... ponderis exploratur ... alterius ... cogniti. Partes ... libra ... distinguuntur. Consideranda est punctum fixum A, jugum DE ... moveri et quod in duo brachia ... lin DC et BE, duæ lances FG ... æqualiter ... tendentes; lingula MI immobiliter affixa puncto fixo; et ansa seu trutina AI ex duabus parallelis laminis constans.

Fig XIV.

XCIV. ... servant equilibrium? Brachia in libra ... homogenea esse ... longitudine, atque eam ... lancibus suis æquiponderantia ita ut hæc brachia et cum lancibus et sine lancibus ... servent æquilibrium; ... corpora æqualia lancibus imponantur, ... æquilibrium non servent, ... quod ... revocari ad æquilibrium, nisi ... pondus addatur ...

XCV. Perfecta est libra per quam ... judicari potest de æqualitate ponderum ... De ejus vero perfectione requiritur ... minimo ... moveatur ... brachia longiora ... describunt arcus magis sensibiles unde differentia ... æquilibrare, eo minor ... major est brachiorum longitudo. ... brachia habeant ... ponde-

ponderibus examinandis ne onerata incurventur. 4to. lingula altior seu index magis sensibilis anteponatur breviori. 5to. ne lin[illegible] trutinam conducta brachii inclinati pondus augeat contra pondus equale ei addatur in inferiore jugi parte. 6to. centrum gravitatis jugi et duo suspensionis puncta sint in una linea recta.

Dolosa erit libra, quando brachia erunt inequalia. Corpus enim a longiori brachio suspensum equilibrare poterit cum equipondio graviori imposito lanci brachii brevioris. Dolus iste de[illegible] [illegible] permutatione ponderum in lancibus. Si enim lanx brevioris brachii minore pondere gravetur, non stabit equilibrium. XCVI. Quando libra est dolosa?

Statera, ut vulgo appellatur Romana, est perpendiculum in equalium brachiorum destinata ponderi corporum praesertim majorum [illegible] mensurandi. Punctum circa quod movetur statera, est in C. XCVII. Quid statera Romana?

Fig. XV.

Virga B D dividitur in brachia inaequalia B C, C D. Horum longius potest plus minusve distare a puncto fixo C. Pondus M, quod dicitur minor, vicem gerit potentiae et ita est mobile, ut modo uno, modo duobus, modo tribus et pluribus a puncto fixo distet. In statera est etiam lingula seu examen, quod inseritur trutinae C H. Quare si pondus M sit unius librae, et brachium C D in septem [illegible] divisum; pondus istud positum in 1 erit in equilibrio cum pondere unius librae, in 2 cum pondere duarum librarum, et ita porro. Tunc enim est equilibrium quando corpora sunt in ratione reciproca distantiarum a fulcro.

Quas habet statera prerogativas prae libra seu bilance. Prima est, quod ex uno pondere non valde magno vastissimorum onerum [illegible] examinari, cujusmodi sunt tormenta majora, tormenta bellica, [illegible] [illegible] altera, quod staterae fulcrum celeris punctis minus prematur quam bilancis, et hoc ipso minor sit frictio in statera quam in libra. Cum enim fulcrum vectis nonnisi pondere absoluto prematur, et in examinando per stateram corporis pondere, pondus absolutum minus requiratur quam in libra; evidens est, fulcrum minus onerari et premi in statera quam in bilance. Attamen in mensurandis minoribus corporum ponderibus praestat libram adhibere prae statera, tum quia haec multo facilius fallax reddi potest, quin quis [illegible] advertat; tum quia distantiae [illegible] a fulcro, [illegible] [illegible] potest [illegible] [illegible] ea, qua par est, accuratione. XCVIII. [illegible] XCIX. [illegible]

[illegible] in [illegible] [illegible] l'[illegible] nella [illegible], qui et ipse ad [illegible] refert, [illegible] Cilindro oblongo orizonti parallelo vel verten

dicular

[illegible] cylan, cujus extrema in columnis, [illegible] immotis [illegible]



Fig. XVI.

[illegible] vertuntur. Circumpositam habet rotam seu Timpanum, in cujus convexa periferia Stili seu teretes sunt affixi, vocatur axis cillindrus ipse; Rota Axi circumposita dicitur peritrochium; et radii sive scitale vocantur baculi qui positi sunt in rota convexa sive in cilindri superficie. Axis in peritrochio ad orizontem parallelus Italice vocatur bulgero, aut bulgura, qui vero est Orionti perpendicularis Italice nominatur argano. Posterior iste habetur si Cillindrus erigatur ad perpendiculum et scitale sint paralelle ad Orizonte. Ipsius machine usus est ad magna pondera in plano trahenda, et illud habet commodi quod plures homines seu potentie possint eidem applicari. Ad Axem in Peritrochio revocatur rota palmulis [illegible] instructa, que circumvolvuntur impetu, quem ipsis palmulis imprimit aqua, aut etiam ventus in eas incurrens. Revocatur etiam ingens rotula seu timpanum, quod scitalum aut manubrii loco est [illegible] atque geranium dicitur, intra cujus cavitatem [illegible] efficit, ut timpanum illud, et cum ipso ligneus cilinder circumvolvatur, funis vero revolutione sua trahatur per Cillindrum ipsum [illegible] etiam enormissima.

C Quando [illegible] in Peritrochio

In machina ista erit potentia in equilibrio cum pondere, si fuerit potentia ad pondus, ut perimeter axeos ad perimetrum orbis extimi a potentia descripti, seu ut radius axeos ad radium rote una cum longitudine Scitale. Nam in quavis revolutione ponderis [illegible] quantum funis in axem complicat, quanta scilicet est perimeter axeos, et potentia promovetur quanta est perimeter orbis scitale extremo descripti. Quare velocitas ponderis est ad velocitatem potentie sicut perimeter axeos ad perimetrum orbis extimi. Ergo [illegible] universale mechanice principium habetur equilibrium, quando potentia est ad resistentiam, ut resistentie velocitas ad velocitatem potentie.

[illegible] Que major est [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

pondone, adeo ut suspensioni, quæ erat inæqualis. Cum lignis enim
unciarum pondo sustinere mille libras. Velocitas uelocitatis
ne velocitate facta velocitatis ponderis

CI. Quid et quotuplex Trochlea

Trochlea vulgo taglia in vernacula, est rota circa centrum volubilis excavata in peripheria, cui funis seu toris circumvolvitur et ad funis aequalitatem extremitatis, ad quem onus adnectitur. Si trochlea uno tantum constet orbiculo, dicitur monospastos sive simplex; si ex pluribus componatur dicitur polyspastos seu composita. Trochlea simplex est duplex: altera enim est fixa et immobilis, et altera mobilis, quæ ambulatilis dici potest.

Fig. XVII.



Si sit fixa, ut in figura 17 potentia non iuvat nec facit cum pondere æquilibrium nisi fuerit ipsi æqualis. Non enim in ea augetur potentiæ velocitas, cum pondus ascendendo tantundem conficiat spatii quantum a potentia percurritur descendendo. Est tamen in usu, quia saltem tunc commutatur et paucioris sunt difficultatis, et commodiorem exhibet situm potentiæ.

Fig. XVIII.

Si vero trochlea mobilis sit, quæ attolli in aera potest; nempe affixo fune in F a potentia P elevatur una cum pondere E, trochlea AD potentia subdupla formabit æquilibrium cum duplo pondere. Pondus enim non potest attolli in X quin potentia ascendat ad eam altitudinem quam metitur utrumque funis FAPD, sive conficiat duplum spatium altitudine BX.

Ex eadem ratione potentia cum duplo pondere obtinebit æquilibrium, quando trochlea una est immobilis et altera mobilis. Atque generatim loquendo in Polispastis augetur potentiæ velocitas pro numero funium, excepto eo, qui a potentia immediate apprehenditur. Unde habebit æquilibrium, quando pondus fuerit ad potentiam, ut numerus funium trochleas inferiores sustinentium ad unitatem.

Fig. XIX.

Tandem si ita construeres ut Polispastus, ut Trochleæ omnes præter unam, cui applicatur potentia, sint mobiles, et singulæ singulis funibus elevent, et ut directio potentiæ parallela directioni ponderis, ut in fig. 19, celeritas cuiuslibet orbiculi sequentis mobilis dupla fiet, duplicata nempe ratione primi, quadrupla ratione secundi, octupla ratione tertii. Unde cum orbiculi mobiles augeri quovis numero possint, poterit momentum potentiæ augeri in infinitum, adeo ut vel minima potentia possit ope trochlearum quodvis immane pondus sustinere, et etiam ipsum elevare.

CII. Q. Coclea et quotuplex?

Coclea, vulgo vite, est cilindrus, cujus superficies convexa est elaborata in varias prominentes, equales ac parallelas Helices seu spiras, una continuata spira constituentes, et qui inseritur cavitati cilindricae alterius corporis ita in concavas spiras sulcatae ut prominentes spirae unius ordinatime congruant spiris excavatis alterius et possint per ipsas moveri.

Fig. XX.



Cilindrus AL cocleas mas; corpus CD cui ille inseritur, coclea femina, italice madrevite solet appellari; coclea ista dicitur simplex. Affigi eidem solet ex in feriori parte cilinder B per cujus oras transit sutala RS cujus opere potentia cocleae applicata describit periferiam et cocleam ipsam circumducit. Permagnus est hujus machinae usus, sive dum comprimuntur corpora veluti Prelis Hippocraticis urinarii sive dum frangunt traunt, vel etiam sursum elevando.

Ad cognoscendum equilibrium inter potentiam et resistentiam, atque potentiae vim exercitam per cocleam, notandum est potentiam in puncto D coclea feminae CD applicatam, eo tempore perpendiculariter ascendere vel descendere per intervallum inter duas sibi mutuo proximas spiras interjectum, quo tempore potentia ista integrum gyrum ambitum sive circulum cujus radius est ID circa cocleam marem AI motu suo describit. Idem dicendum si coclea feminae CD non circumducatur sed ascendat tantum perpendiculariter vel descendat dum sutala RS seu potius ejus radius BS integram revolutionem absolvit. Celeritas igitur resistentiae exprimetur per altitudinem perpendicularem, et celeritas potentiae per integrum circulum sive circumferentiam cujus radius est ID vel RS. Celeritates enim sunt ut spatia eodem tempore percursa. Quare potentia et resistentia seu pondus erunt in equilibrio, si potentia cum fuerit ad pondus ut altitudo perpendicularis intercepta inter duas spiras sibi mutuo proximas ad circumferentiam ab eadem potentia descriptam. Cocleae, dum circumvolvuntur, sensibilis est frictio et resistentia, adeo ut non minima pars virium potentiae adeo superando insumatur. Attamen neque haec resistentia suo caret usu perducta enim eadem ad eum gradum efficit, ut pondus quiescente, aut non agente, vel etiam plane remota potentia, non tollet, nec descendat per machinam sed quiescat.

Praeter Cocleam … … … … … … etiam Coclea … … … … Cilindri BC … … … spira …

te et rotę dentatę aptato, ita ut illius spirę successive ingrediantur dentibus hujus et illa non possit resolvi, quin simul hęc circumagatur cum tympano, cui circa quod volvitur funis, ex quo pondus P dependet. Cochlea hęc dici solet infinita seu perpetua, quia potest semper sine fine circumagi, Fig: XXI.



et simul semper sine fine revolvit tum rotam dentatam tum tympanum eidem adnexum. Per ea autem mirum in modum augentur potentię vires. Dum enim cochlea BC absolvit integram revolutionem non promovet rotam nisi unius denticuli intervallo, adeo ut si rota in circuitu sit dentium decem, nec rota simul cum tympano nequeat revolvi, quin illa, et cum eadem manubrium AD sive potentia A decies circumagatur. Itaque potentia A conficit revolutiones decem, quo tempore tympanum nonnisi unam absolvit. Verum vero cum velocitates sint inter se ut spatia eodem tempore percursa; si ponamus peripheriam circuli descripti a tympano, ut decem ad unum; profecto celeritas potentię A, quę conficit revolutiones decem pro totidem rotę dentibus, erit ut decem multiplicatum per decem; celeritas autem ponderis P, quod pari tempore nonnisi unicam conficit revolutionem erit tantum ut unum multiplicatum per unum. Cum ergo potentia absoluta A ut unum per distantiam AB fiat ut decem, et per decem revolutiones, quarum quęvis est ut decem, evadat ut centum, patet potentiam absolutam A ut unum sustinere pondus P ut centum, et cum eo equilibrium constituere, vel etiam illud movere, si aut potentia ipsa evaserit major quam ut unum, aut si pondus fuerit minus quam ut centum.

Scholion.

Cochlea, si habeat scitalam RS (fig: 20) aut rotam dentatam R (fig: 21), recensenda est inter machinas compositas, quia sic constat aliis simplicibus machinis, quarum unaquęque etiam seorsim sumpta fungitur machinę officio.

CIII. Quid planum inclinatum. Fig: XXII.

Planum inclinatum dicitur illud quod ad Orizontem, cui insistit, inclinatur ita, ut effecti hinc inde anguli sint inter se inequales. Ejusmodi est planum AC, quod oblique cadendo in lineam Orizontalem BD, duos hinc inde inter se inequales angulos ACB, ACD efformat.



Distinguenda est in eo primo summitas seu vertex plani, qui est punctum A in ipso plano sublimius; 2do plani longitudo et est recta AC quę cum linea Orizontali BC efficit obliquum angulum ACB; 3tio altitudo plani, quę est AB a plani vertice A ducta perpendiculariter ad orizontem BC.

Jam vero in plano inclinato absoluta corporis gravitas minuitur ita ut gravitas relativa sit ad absolutam, ut plani altitudo ad ejusdem longitudinem. Potentia igitur, quae secundum directionem plano parallelam retinet pondus, ne labatur, erit in equilibrio cum eodem pondere, si illa sit ad ipsum, quemadmodum altitudo exprimens gravitatem relativam a potentia superandam ad longitudinem quae absolutam gravitatem designat. Quare si potentia est ut quinquaginta, et pondus ut centum; cum hoc absolute sit duplum illius potentiae, erunt in equilibrio si plani longitudo sit dupla altitudinis. tunc enim dimidium ponderis sustinet perpendicularis plani resistentia et alterum dimidium potentia. Quare est generalis regula, minorem semper potentiam requiri ad sustinendum, [illegible] attollendum, vel demittendum pondus per planum inclinatum pro minori ejusdem plani altitudine, eadem manente longitudine, vel pro majori longitudine, eadem persistente altitudine. Quod si altitudo fiat minor, et simul major evadat longitudo, jam ex aequilibrii causa minor potentia vis postulabitur.

CIV. Quid cuneus. Fig. XXIII.



Cuneus est solidum prisma triangulare APBD quo utimur ad findenda corpora. Ad cuneum reducuntur enses, secures et alia instrumenta. Malleus sive aliud quid [illegible], quo cunei basis percutitur atque premitur, ut cuneus ipse in corpus findendum introducatur, est potentia; resistentia autem est cohaesio partium corporis findendi.

Quando potentia perpendiculariter cuneo applicatur, servabit equilibrium cum resistentia, si potentia fuerit ad resistentiam tamquam semidiameter basis cunei ad ejus altitudinem. Similitudinem quod descendit potentia, dum cuneus descendit, est cunei altitudo; spatium quo [illegible] partes [illegible], est [illegible] cunei basis: ergo velocitas potentiae est ad velocitatem resistentiae, ut altitudo ad basim; adeoque ut sit equilibrium, debet potentia esse ad resistentiam, ut [illegible] cunei ad ejus altitudinem.

CV. Cuneus compositus.

[illegible] cunei [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cunei dentibus [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] equilibrio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] potentiis. [illegible] A [illegible] [illegible] B [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] C [illegible] [illegible] [illegible] A [illegible] B [illegible] [illegible] [illegible]

cum

natur magnitudine equalia et unus dens ipsius axis nonnisi uno
tempore dentem promoveat, axis dentibus decem instructus toties re-
volvetur, quoties numerus decem continuetur in centum dentibus
rotae B. Quare cum celeritates sint ut
spatia eodem tempore percursa, ce-
leritas axis A est decuplo major cele-
ritate equalis axis C. [illegible] jam
altera rota D dentibus centum in-
structa et axis E decem instructus [illegible]
[illegible] ista ut semel circuma-
gatur axis C debet simul decies re-
volvi. Ergo cum ad nexus axis E absol-
vat unam revolutionem axis C de-
cem, et axis A centum revolutiones ef-
ficiet, cujus proinde celeritas erit cen-
tuplo major celeritate equalis axis E.
li partium solidarum et spatiorum vacuorum distributione. Sic enim
rite explicatur liber radiorum transitus per corpora: cumque quia partium
hac distributione nihil turbabit radium lucis, sed corpus in illum
exercebit vires utrinque equales et oppositas, que dum se mutuo
vel elidunt radium a tramite suo vel nihil, vel ferme nihil de-
turbant. Opacitas e contra orta censenda est, ab heterogenea par-
tium solidarum structura et spatiorum seu vacuorum distributione;
unde fit ut exigua lucis copia transmittatur maxima pars vel
reflectatur, vel inter opaci corporis poros in omnem partem dis-
persa aut extinguatur, aut rarissime e corpore emergat.

CXLI Sub quibus respectibus colores considerandi
Colores considerari debent vel prout sunt in anima,
vel prout sunt in medio, vel prout sunt in rebus, que colorate
dicuntur. Prout sunt in anima, designant ideam, que impressio-
ne facta a radio in organum visus solet in anima excitari. Prout
sunt in medio indicant aptitudinem, quam habet determinatus lucis
radius ad efficiendam in organo determinatam impressionem. Quoad
colores vero spectatos prout sunt in rebus, quas colloratas dicimus,
sic constituimus.

CXLII. Prop. 6ta
Naturalium corporum nativi colores proveniunt ex diversa
capacitate, qua corpora gaudent, aliquod radiorum genus pre aliis
copiosius reflectendi:

P. Ex dictis superius constat, corpora non posse nativum staminum colorem immutare eam refringendo aut reflectendo, sed tantum stamina a se ipsis separare et commiscere, ergo non possunt apparere colorata, nisi quia ejusmodi radios reflectunt, qui vel natura sua colores ejus sint, quae in corpore cernimus vel permixtione sui cum ceteris quos simul reflectunt, colorem illum gignere debeant. Id edocent experimenta. Corpora enim diversorum colorum in rubra luce posita apparent rubra, in cerulea luce cerulea etc., cum hoc tantum discrimine, quod in quibusdam color fortior et magis plenus, in aliis debilior sit futurus, nempe quodlibet corpus in luce sui proprii coloris splendidissimum apparebit et maxime luminosum.

Corollaria. Quare quodvis corpus cujusvis generis radios, certi tamen generis corpora certorum generum stamina majori copia, quam alterius generum reflectunt. Item omne corpus omnis generis radios plures intra se admittit, et admissos vel quasi absorbet vel transmittit.

CXLIII. Solvuntur Obj. Objiciet imo. In adducta Theoria stamina certo colore imbuta, et ab opaco corpore ab oculis emissa, non illud ipsum corpus, sed idem aut aliam massam, quae lucem emittat exhiberent. Quae enim simplici reflexione staminis nata non immutat, neque res repraesentata immutari debet.

Resp. Ad cernendum corpus opacum satis est, si radii a plerisque corporis punctis in oculi illabantur, aliis aliorsum pergentibus sine lege: At ut solet alia lucens massa exhibeatur, necesse in hac est, ut corpus lucidum sat copiose in oculos reflectat radios provenientes ab singulis objecti punctis, et ut radii reflexi eundem inter se ordinem retineant, quem habuerunt, dum ab objecto vibrati sunt, et quo inciderent in oculum, si in eum directe ab objecto suo evibrarentur.

Obj. 2. Objectum nudis oculis viride apparens ceruleum apparebit si per ceruleum vitrum, violaceum si per vitrum violaceum conspiciatur; atqui id cum Newtoniana theoria conciliari nequit, ergo

Resp. D., negando minorem. Omne corpus omnis generis radios aliquos, certi tamen generis corpora certi generis stamina majori copia reflectere jam ostendimus. Quare objectum sive ipso aspectu viride apparere debet, quia versus oculos radios virides plures quam alius coloris emittit. Idem objectum si per vitrum rubrum conspiciatur, evanescit color viridis, quia radii virides a vitro rubro absorbentur et disperguntur; ceruleus autem color videtur, quia radii cerulei ab objecto reflexi [illegible] vitri rubri accommodatos libere permeant.

In hoc casu additus per vitrum patere deberet soli radiis caeruleis, et simul illos radios caeruleos deberet reflectere: atqui haec sunt Objicies

Repugnantia foret, si idem vitrum omnes radios caeruleos reflecteret, et simul quibusdam liberum additum permitteret; non autem, si idem vitrum, alios ex radiis caeruleis repellat, et alios admittat. Porro vitrum ejusmodi omnes radiorum species, nubris exceptis, absorbet vel repellit: ex caeruleis vero alios reflectit, qui ad oculos delati ejus, qui vitrum intuetur, vitrum caeruleum exhibent; aliis additum permittit, qui ultra vitrum transmissi in oculum situm post vitrum pingunt colore caeruleo et objectum, a quo missi sunt, et vitrum. Resp.

ARTICULUS TERTIUS.

De principiis Opticae, dioptricae et Catoptricae.

De visionis scientia dicturi, brevem oculi descriptionem praemittamus oportet. Oculus seu organum visus, est corpus propemodum sphaericum, certo tunicarum et humorum numero constans et in fovea quadam ossea, quae orbita dicitur, sex musculorum ope omnem in partem versatile. CXLIV. Quid oculus, et quae ejus partes.

Partes, quae oculi vulgo constituunt, sunt praecipue membranae et humores. Primo, membranae sunt tres, quarum extima totum oculum contegit, partem posteriorem opacam habet, et sclerotica dicitur. Anterior est velut sphaerae segmentum, pellucet et cornea nominatur propter ejus similitudinem cum tenuissimo cornu. Secunda choroidea, cujus pars posterior colore nigro picta est; anterior uvea vel etiam iris ob colorum varietatem nominatur. In ejus medio existit foramen, quod pupilla dicitur, et potest magis vel minus coarctari, vel dilatari. Postremo tunica infima posita sub choroidea, quam efficit nervus opticus sese in membranam tenuissimam diffundens, totum oculi fundum vestit, et propter retis similitudinem retina dicitur.

Tres humores, crystallinus, aqueus, et vitreus in oculi cavitate continentur. Crystallinus reliquis solidior ob pelluciditatem est crystallo fere similis. Lentis figuram refert, ita tamen ut facies posterior sit anteriore magis convexa. Eum sustentant exiguae fibrae, quae ligamina ciliaria nominantur, et una extremitate lateribus humoris crystallini, altera processibus ita affiguntur, ut quamdam membranam septum efforment, quae cavitatem oculi in 2as partes dividit. Priorem cavitatis partem replet humor aqueus sic liquor admodum limpidus; posteriorem

rem a tergo crystallini humor circumfereris ubique contiguus. Tandem circulatis illius partes inferiore in opticum nervum desinit.

CXLV. Visionis [illegible] quomodo peragitur

Radius a quolibet objecti puncto in forma coni propagati qui in oculum illapsus in hujus humoribus ita refringitur ut e illis filis ex divergentibus convergentia fiat; et ideo radius ex aliquo puncti puncto collecti possent ibidem vivacem immaginem imprimere: atque adeo quilibet id genus radius duos quasi conos luminosos conficit oboversis basibus, et vocatur penicillus opticus. Si oculus ABC sit conversus versus E, e singulis hujus objecti puncti ejaculabitur fasciculus radiorum divergentium c E d, qui constituunt penicillum opticum. Hic cum pervenerit ad corneam AC, radius in medio positus E F qui dicitur axis opticus, perpendiculariter transibit corneam et aqueum humorem et sine refractione ad retinam B propagabitur. Si eadem esset conditio radiorum E c, e d & prosequerentur juxta directiones c H d G, et propter impedimentum interpositum ab hinc de ab r a b o non possent ingredi pupillam a b. Quia vero cornea habet densitatem diversam ab aere unde radii proveniunt, et quia cavitates o r, et a m humore redundant, necesse est eos a semita deflectere, ita ut accedentes ad perpendicularem assumant directiones c e, et s d, atque sic incidant in lentem crystallinam e s. Hoc modo procederent in s g e h, nisi in ingressu refringerentur: verum quia lens ista densior est humore aqueo, denuo ad perpendicularem accedant oportet, et sic transmittantur per rectas s B, e B propter refractionem etiam humoris vitrei, donec tandem omnes concurrant in puncto B, et ibi immaginem distinctam pingant puncti E, unde ejaculantur. Ergo in oculi fundo oritur immago, cujus expressio in retina certo modo servetur, nervi optici filamenta moventur et tandem motus ad cerebrum propagatur atque in nobis nascitur sensatio illa, quam visionem dicimus. Porro duobus oculis rem videmus simplicem, quia immagines cadunt in partes similes, sicut anima ambas sensationes jam unam habeat. Quod si immagines in partes dissimiles incidant, objectum duplex apparet: quod evenit si alterum oculum digito deorsum premitur, item in similibus. Certum autem est, radios e variis objecti punctis [illegible] sic in lente crystallina refringi et intersecari ut in retina [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] recens [illegible] lux candelae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tamen non accurate inver[illegible]

Quia anima illuc refert objectum, ubi penicilli optici habent originem. Naturam enim eam tantum legem conscripsisse videtur ad ponendum de sensationis judicio, quæ desinit ex immutationibus … in … sensoria, juxta ea … quæ organa … impelluntur.

CXLVI Quomodo ap… … magnitudo

Quando uterque oculus in objectum dirigitur, anima censet objectum esse in communi axium coitione, idest in … perpendicularium per oculi centrum transeuntium. Angulus quem efformant radii ab extremis objecti punctis venientes et sese in oculis intersecantes, dicitur angulus opticus.

Alter enim habet objectum visionis pro basi, et alter objecti immaginem in retina depictam. Anguli isti metiri debemus apparentem objecti magnitudinem. Ideo ut objecta quæ sub equali angulo conspiciuntur, et equales in oculi fundo immagines pingunt, equales habeant magnitudines apparentes.



CXLVII Quæ de apparente et æstimata magnitudine notanda.

Apparentem objecti magnitudinem cum magnitudine … æstimata, in qua non solus anguli optici, sed etiam objecti distantiæ ratio habetur. … de hac apparente et æstimata magnitudine … veniunt consideranda. Primo objecti immago est eo major, quo major est angulus opticus, et proinde … eo major esse debet æstimata quantitas … in … non … habemus, quo de magnitudine judicium ferimus, ideo objecta … apparent, … ideo … parallelæ … videntur convergere. 2°. Secundo … angulo … apparens æstimata magnitudo est eo major, quo magis remotum objectum ab anima existimatur. … pendet etiam a quadam judicandi habitudine, unde … immago eadem perduret … fallimur in quantitate adjunctis … apprehendere, … in … consistens minor apparet, quam si de eadem distantia in plano orizontali consideratur …

Quo minor est angulus opticus eo minor sensatio habet; quia minor … impellit, immo ex … causa sensatio evadere … etiam insensibilis. …

Addition.

que

quæ luminis debiliore, ipse redit impressione.

CXLVIII Quo pacto æstimanda distan[illegible]

In distantia æstimanda mutua axium opticorum in idem punctum directorum inclinatio solet consuli, adeout cominus distare censeatur objectum, quo major fuerit angulus iste. Attamen ex hoc capite minores tantum metimur distantias. Majores desumimus ex objectorum intercedentium numero, ex obscura vel clara immagine, ex angulo optico cæteroquin objecti noti, ex judicandi assuetudine &c. Atque ex hinc explicatur, cur ignis lucidior nocte vicinior appareat; objecta vero opaca et obscuriora magis remota; cur constitutus in planitie, cum non possit vallem positam inter oculum et objectum conspicere, arbitretur objectum idem esse longe vicinius. Ex hoc item fundamento pendet ars pictorum, qui colores clariores obscurioribus solent temperare, ut varias repræsentent distantias.

CXLIX Cur pupillæ foramen [illegible] dilatetur, nunc contrahatur

Si pupillam oculi in speculo attente consideremus, appositis ad tempora ambabus manibus ad lumen ex parte arcendum, videbimus eam sua sponte ampliari, et remotis manibus, redeunte majoris luminis copia brevi rursus coarctari. Id præstant fibræ musculosæ, ex quibus hujus constat, et quæ partim instar radiorum extendunt ad ipsius centrum, partim ejus limbo sunt intextæ, quare oculo posito in luce debiliori foramen pupillæ naturali modo dilatat ad plures lucis radios admittendos, in fortiore autem luce contrahit, ne nimia radiorum copia, et intensione lædatur. Hinc disquiritur cur e pleno lumine diei in obscurum locum delati, initio videamus neque terram [illegible]. Tunc enim pupillam coarctatam habemus, quæ non admittit nisi debilioris copiam sufficientem claræ visioni, donec ea sensim ampliata admittat plures debilioris luminis radios suscipiendos. E contra transeuntes ex loco obscuro in pleno lumine dolent oculi, eo quod pupilla prius dilatata admittit intensioris luminis copiam justo majorem. Et ideo oculos claudimus donec pupillæ foramen intensiori luci sensim fiat accommodatum. Hinc apparet etiam, cur bubones, feles, et alia similia animantia, quibus amplum est pupillæ foramen et retina admodum sensibilis, de pleno die parum videant, de nocte vero et in tenebris sat lucis debilioris radios [illegible] ad plenam [illegible] aut

CL.
Ex quonam cognoscitur utrum motus sit objecti verus vel apparens?

Ex motu immaginis in oculo depictæ, vel motus objecti, vel motus oculi objecto invicem dignoscitur. Quando enim immago objecti continuo in oculo locum mutat, illud ad animam refertur ad alias radii partes, et hoc ipso moveri censetur. Quoniam vero immago objecti in aliis perpetuo retinæ locis pingitur, et continenter in oculo locum mutat, sive ipsum reapse moveatur, sive ipse immoto oculus æquali velocitate in oppositas plagas feratur, patet ex solo immaginis motu non posse discerni, utrius sit verus motus, oculi, an objecti, sed solum quod alterutrum absolute moveatur. Quare si oculus una cum objecto eadem celeritate, et directione movetur neutrius motus discernitur, immagine objecti semper in eundem oculi locum incidente nisi ad alia objecta non simul mota referantur. Qui navi praesertim maxime vehitur, in eodem se loco persistere putat, et quia proprium motum non advertit, objecta vicina simulaque advenam moveri existimat. Id ipsum quoque in dies contingit, dum solem et sydera oriri et occidere arbitramur, etsi reapse immota persistant, et apparens eorum motus oriatur ex motu terræ circa axem, nobis spectatores in superficie positis una secum abripientis.

Spectation.

Objectum splendidum, quod magna celeritate feratur, pluribus simul in locis existere apparet, quia impressiones in quovis organi puncto perdurant adhuc, cum jam novæ in aliud ejus puncto factæ sunt. Id videre est in titione admodum celeriter in gyrum jacto. E contra objectum lucens, si summa celeritate feratur, ut globus e tormento excussus non potest videri, quia nullibi tamdiu moratur, ut illic sensus fieri possit. Objectum vero quantavis celeritate motum videtur, quale ære, quum dio spatium ab eo descriptum sub angulo notabili non appareret. Teste experientia communi indice horarium videt, nisi singulis minutis secundis describat spatium quod angulum subtendat majorem quindecim vel 20 minutis. Teste etiam Musschenbroekius videtur quiescere lux et moveatur, si tempore minuti uno percurrat spatium, quod ad distantiam ab oculo est una ad 1400 [illegible]. Horologiorum [illegible] habere [illegible] consentitur.

CLI
Quid lens et quotuplex?

Vitrum, cujus vel utraque pars superficie sphærica gaudet, vel quod una parte est planum, ex altera parte sphæricum dicitur Lens. Utraque autem superficies potest esse convexa, vel utraque

cava. In primo casu lens dicitur convexa in altero cava. Si una superficies sit plana, et altera convexa erit lens plano — Convexa uti etiam plano concava, si superficies una sit plana, altera concava.

CLII Leges refractionis in lentibus.

Leges, quibus visio per radios refractos subjicitur, pendent a diversa radiorum incidentium directione, a distantia objecti lucem emittentis, et a corporis refringentis natura et indole.

Et primo quidem in vitris planis radii paralleli ex aere oblique incidentes in vitrum planum refringuntur ad perpendiculum, et egressi e vitro post alteram refractionem a perpendiculo priori equalem itidem paralleli fiunt. Ideo vitra plana non possunt causticis accenseri respectu radiorum solis, qui ob maximam a sole distantiam a nobis pro parallelis possunt haberi. Radii convergentes, qui ex aere in vitrum planum incidunt, minus convergentes redeunt; convergunt autem magis dum e vitro in aerem egrediuntur et objectum nonnihil auctum apparet. Radii divergentes in transitu ex aere in vitrum redeunt minus, in exitu vero ab eodem magis divergentes. Hoc modo objectum vitro propinquius videtur, dumodo axis oculi ad superficies fuerit perpendicularis.

In vitris convexis radii paralleli post geminam refractionem progrediuntur convergentes, et in distantia diametri vel semidiametri, si vel [illegible] vitrum vel plano convexum fueri[t], vel [illegible] que convexitate [illegible], in focum [illegible]. Si vero in loco radiorum parallelorum [illegible] objecti, [illegible] ex [illegible] [illegible] puncto in lente [illegible] [illegible] post refractionem paralleli, [illegible] nulla [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] convexa sint caustica [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] utrinque equaliter convexam in distantiam diametri [illegible] [illegible], [illegible] singuli radii ab eodem puncto egressi [illegible] altera lentis in equali distantia. [illegible] radii convergant [illegible] convexitatis [illegible] incidentia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] radii divergentes [illegible] possunt minus divergentes, imo etiam paralleli aut omnino convergentes. Per vitrum convexum objectum apparet auctum, quando convexo objecti et oculus, aut [illegible] [illegible] minus ab [illegible] [illegible] [illegible]. Si enim distantia objecti minor est, quam distantia foci, radii ab [illegible] [illegible] luminis [illegible] in vitro refractione divergunt, et ita quidem ut retro producti ante lentem in [illegible] ubi

ubi objectum ex[illegible] prominentur, et ibi objecti immaginem immaginariam constituunt, quæ a lente magis distat quam ipsum objectum, et hoc ipso objecti immago major est objecto suo, ex quo maxime lentes convexæ distinguuntur a concavis, in quibus immago objecti semper minus distat quam objectum; et ideo diameter immaginis semper minor est diametro objecti. Quod si tam oculus quam objectum extremo bora a lente, quam focus, objectum videbit diminutum et simul inversum, quia radii in foco decussantur, adeo ut qui ante dexter erat sinister nunc evadat, et qui ante intersectionem superior post eam inferior evadat.

In vitris concavis radii paralleli post refractionem fiunt divergentes, et ideo neque caustica sunt, neque cameræ obscuræ apta. Radii convergentes post geminam refractionem minus convergunt. Divergentes suam medii directionem non mutant, si punctum dispersionis sit in ipso centro concavitatis, quia tunc in medium densius perpendiculariter incidunt. Si vero punctum sit ultra centrum concavitatis divergunt magis quam ante, si sit intra illud fiunt minus divergentes. Objecta per vitra concava cernuntur sub angulo minore, et ideo minora quidem, semper tamen erecta apparent.

Leges istæ indubiis constant experimentis, et nituntur primis suis certis artis principiis stabilitis.

Ex dictis radii per refractionem in vitris concavis ita dispergunt, ut retro producti in punctum aliquod coeant, quod vocatur punctum dispersus vel focus virtualis, qui proinde non est realis ut in vitris convexis, sed immaginarius. Notari porro meretur, quod si punctum versus quod radii in vitrum concavum convergendo incidentes tendunt, tantum post illud abit quantum ab illo distat punctum dispersus seu focus virtualis, ipsi radii post refractionem exibunt paralleli. Scholion.

In camera obscura, cujus foramini lens [illegible] inseritur, radii vero transitu lentem in focum colliguntur, ibique tum objecti immaginem efformant, ita ut sive intra sive ultra focum in tabula alba exhibeant quidem objecti immaginem, sed tanto majorem et minus vividam et distinctam, quo major fuerit tabulæ a foco distantia. Quare si duo [illegible] sint inter se admodum vicina, per radiorum divergentiam et immaginis amplitudinem [illegible], et immagines extra focum confundentur, ex[illegible] sint [illegible], apparcant [illegible] ex utroque composito. Oculus igitur obscura quædam camera est

CL.III Quænam esse debet oculi constitutio ad distinctam visionem obtinendam?

in qua humor crystallinus vices lentis agit. Ad distinctam autem visionem obtinendam aliquas predictorum artificiali camerae mutationes habere debet, et hanc precipue, quod sese possit aptare ut distincte videre pro remotis intervallis aeque ac propinquis. Ea autem fieri per variationem distantiae inter lentem crystallinam et retinam, vel per variationem convexitatis lentis crystallini, manente eadem distantia; vel verosimilius per variationem utriusque. Quare aptitudo oculi et facultas diversas mutationes subeundi efficit, ut radii eodem modo in oculum incidentes efforment in retina distinctas immagines objectorum. Deficiente hac aptitudine et facultate, vel remota [illegible] videre, ubi distantia augeri vel lens convexior reddi nequit, vel [illegible] tantum, ubi distantia minui vel lens [illegible] non potest. Oculi igitur [illegible] perfecti censendi sunt, quibus objecta tam [illegible], quam remotiora intra certum intervallum sat distincte [illegible]. Convenientia autem competente est oculus perfectum in distantia octo pollicum [illegible] objecta distinctissime videre.

CLIV
Unde visio confusa?

Quando lux ad retinam [illegible] vel ante vel ultra distinctionis [illegible] in loco convenientia, visio non nisi confusa habebitur. Facile autem intelligitur claritatem visionis pendere tum a numero, tum a [illegible] radiorum quibus jam quodlibet objecti in oculo depingitur, tum ab amplitudine pupillae et lentis.

CLV.
Qui presbytae et qui myopes?

Presbytae sunt, qui exigua corpora nequeunt videre, nisi in distantia multo majore, eorum humores aut [illegible] aut [illegible] aut earum [illegible] divergunt, et [illegible] antequam uniantur. Presbytae lentibus convexis [illegible] Myopes dicuntur, qui objecta minuta in distantia [illegible] in majoribus [illegible]. Eorum humores [illegible] [illegible] convexitatis [illegible] humor crystallinus [illegible] retina: et ideo humores ante retinam uniuntur, si objecta [illegible] in majoribus distantiis [illegible] [illegible] concavis. [illegible] Presbytae, qui [illegible] humores [illegible]; convexitas humoris crystallini [illegible] cornea anterior [illegible], [illegible] indicit, et eorum sese contrahendi vel dilatandi facultas [illegible].

Scholion.

Si retina callosa evadat, si humores [illegible], si nervus opticus inter oculum et sensorium commune comprimatur, laedatur, visio debilitatur, aut etiam amittitur. Quod attinet ad strabones, seu [illegible], vitium hoc vendet [illegible] oculorum [illegible], unde fit, cum immago in uno oculo recte [illegible], in alio [illegible] [illegible]

quia vero confusa unius oculi immago turbat alterius quoque imaginem, ideo ipsi afficiuntur oculum uno ab objecto ad alterius ... solet luna vero in horizonte majores quam in meridiano apparent, quia tunc remotiora videntur, et minus vivida est eorum immago. Fallaciam istam detegimus per telescopium micrometro instructum. Item flamma candelæ in majore distantia maior apparet, quia tunc oculus videt diametrum alicujus orbis compositi ex flamma et aere illuminato flammam ambiente. Oculus enim nimium a candela remotus non satis discernit inter flammam candelæ, et lucem ad metam ... aerum esse communicatam. E contra in distantia minore oculus verius flammæ diametrum videt.

CLVI. Quid et quæ sint specula?

Quodvis equidem corpus opacum illuminatum lucem reflectit, et ejus ope conspicitur: attamen dantur corpora, quæ lumen multo vivacius et magis ordinate reflectunt, et quæ specula vocantur. Tria sunt præcipua speculorum genera, plana, convexa, concava.

CLVII. Quid cathetus incidentiæ et reflexionis?

Cathetus incidentiæ dicitur linea recta ex puncto radiante in superficiem speculi perpendiculariter demissa: cathetus reflexionis illa, quæ ex oculo in speculum normaliter tendit. Objectum vero in quovis speculo ibi videtur ubi cathetus incidentiæ trans speculum producta concurrit cum radio reflexo similiter introrsum prolongato.

CLVIII. Speculorum proprietates et leges

... In speculis planis radii paralleli incidentes post reflexionem redeunt paralleli; divergentes post reflexionem eodem modo divergunt, convergentes convergunt. Immago tanto intervallo apparet post speculum, quanto objectum distat ante illud. In speculo horizontaliter collocato objecta, quorum situs erectus est, inversa apparet et ... si speculum sit inclinatum, objecta in partem oppositam inclinata videntur.

In speculis convexis radii paralleli post reflexionem divergunt; radii convergentes post reflexionem minus convergunt; radii divergentes post reflexionem magis divergunt. Immago minus distat a speculo, quam objectum, et apparet post speculum erecta, et minor, cujus magnitudo eo magis decrescit, quo magis objectum removetur a speculo. Objecta, quæ in se recta sunt, ob inæquales punctorum a convexa superficie distantias ... curva.

In speculis sphæricis concavis radii paralleli post reflexionem convergunt; radii convergentes post reflexionem magis convergunt, radii divergentes post reflexionem minus divergunt, immo subinde paralleli, aut omnino convergentes redeunt. Objecto in foco speculi constituto nusquam videtur, quia radii reflexi sunt cum axe speculi, et inter se paralleli, adeoque nullam immaginem depingere possunt

amplitudo objecti est ad amplitudinem immaginis, ut distantia objecti a centro speculi ad distantiam immaginis ab eodem centro. Si objectum sit intra focum speculi et ejus superficiem, immago objecti, ipsi [illegible] intuebitur, situ recto est objecto, eo eo major, quo propius foco se movet objectum. Si vero res longius a speculo distat, quam foco, situ inverso ante speculum in aere consistit;

Si speculum sit ellipticum eam habet proprietatem, ut si in foco a superficie remotiore, ponatur corpus lucidum, radii a se egredientes ingressi ea ratione reflectuntur, ut colligantur in altero foco, et collecti ad ignem excitandum inserviant.

Omnia hæc tum experimentis confirmantur, tum etiam eruuntur ex principiis: angulus incidentiæ est æqualis angulo reflexionis et immago objecti in speculo ibi videtur, ubi cathetus incidentiæ per illud productus concurrit cum radio reflexo similiter [illegible] prolongato.

Scholion. Possunt multa specula plana ita disponi, ut in exiguo aliquo spatio maxima radiorum reflexorum copia colligatur. Unde credibile redditur, quod de Archimede et Proclo narratur, quorum prior naves Marcelli Syracusas obsidentis, ad centum quinquaginta pedes invenisse, alter tantundem fecisse in classe Byzantium obsidentem [illegible] fertur, certe per plura specula plana in formam emisphærii ita disposita, ut singula suos radios in certum punctum reverberent, unde corpora ad insignem distantiam liquescere aut comburi. Testis est præ cæteris celleberrimus de Buffon, qui ope machinæ centum sexaginta octo speculis planis vitreis compositæ, quorum singula mobilia erant, lata octo digitis, alta sex, lignum ad 200 pedes combussit, stannum ad 150, plumbum ad 130; et argentum ad 60 pedes liquefecit.

CLIX. Quid telescopia et Microscopia? Tubi vel Lentibus solis, vel lentibus et speculis simul instructi, ea ratione condinati, ut objecta etiam remota distantia, multumque amplificata ab oculo videantur, generali nomine Telescopia, et sunt in primo casu dioptrica, in 2do catadioptrica nuncupantur. Inter dioptrica magis celebrantur Galileanum, Astronomicum et Terrestre; inter catadioptrica Gregorianum, Newtonianum et Herschelianum.

Microscopium adspiciendis rebus minutis dictum, aliud simplex est, aliud compositum. Simplex constat unica lente, cujus convexitatis diameter valde exigua est: compositum optimum ex pluribus lentibus certo ordine dispositis, inter quas sola lens objectiva exiguum focum habet, reliquæ majorem.



ARTICULUS QUARTUS

De Electricitate.

CLX. *Quid electricitas et quae ejus indicia?*

Ubi electrum tantisper incalescat paleas et alia corpora modo attrahit modo projicit, et in tenebris scintillas pungentes cum exiguo quodam crepitu emittit. Affectio ista olim in solo electro observata dicebatur electricitas. Hodie vero nomen electricitatis latius patet, et per eam intelligitur ille quorumvis corporum status, in quo constituta leviora corpora ad se rapiant iterumque projiciant; in tenebris lucem suam leam ad tenui sibilo spargant; auram tenuem emittant, et nonnunquam certis sub circumstantiis concussionem in membris animalium excitant. Haec et alia ejusmodi phaenomena, indicia electricitatis vocantur.

CLXI. *Quid corpus idioelectricum et symperielectricum?*

In duas classes dividi solent corpora comparate ad electricitatem. Illa in quibus indicia electricitatis actu reperiuntur, dicuntur electrisata seu actu electrica: illa, quae ad haec indicia exhibenda apta quidem sunt, sed actu non exhibent, dicuntur electrica in potentia. Haec rursus dividuntur in idioelectrica, seu electrica originaria et per se, quae statum electricitatis frictione, percussione, aut calefactione recipiunt, et in symperielectrica seu electrica per communicationem, quae non tam frictione aut percussione; quam communicatione ab corporibus idioelectricis jam electricis accipiunt. Corpora symperielectrica, velut virga ferrea, tubus metallicus vel catena, quod ab idioelectrico frictione aut alia quavis ratione electrisato jam electricitatem immediate recipiunt dicuntur conductores electricitatis. Generatim omnia symperielectrica, quae non omnem receptam materiam electricam retinent, sed communicant, et in alia sibi adhaerens propagant, deferentia nominantur. Contra idioelectrica, cum materiam electricam in se retinant nec alienis propagent, coercentia dicuntur.

CLXII. *Quae corpora idioelectrica, quae symperielectrica numerantur?*

Experimentis constat ad idioelectrica corpora pertinere omnes vitrificationes, crystallos, gemmas etiam quasvis, porcellanas, succinum, resinas terrestres sive quas vocamus bitumina, oleum, picem, ceram, colophonium, sulphur, equi partes animalium, nempe lanas, pilos, cornua, ossa, corium, sericum etc., tandem aërem purum et exsiccatum. Contra symperielectricis deprehenduntur omnes liquores, et quaeque humentia, quibus gummi, aqueum, velut gummi arabicum etc., nonnulli lapides, velut silex, lapis lazuli etc., metalla quaeque et semimetalla, animalia glabra, non pilosa, nec cornea.

CLXIII. *Quando corpora dicuntur electrisari?*

Anelectrica corpora electrisari dicuntur, quando in eum statum, ut electricitatis probeant indicia. Electrica vero corpora electrisari possunt per communicationem, idest illa admovendo corporibus elec

electricis, in quibus jam excitata sit electricitas. Quoniam vero per anelectrica corpora materia electrica libere diffluit, ideo ut haec corpora electrisari possint, prius a ceteris non electricis ope electricorum separanda, et haec separatio fit, si id genus corporum electrica vel e zonis sericeis pendeat, vel pici, vitro, aut alteri corpori electrico ita insistat, ut nullam habeat cum electricis communicationem. Non obest vero, aer anelectricum hoc corpus ambiens, dummodo vaporibus aqueis, et aliis anelectricis particulis non nimium refertus. Corpus autem anelectricum hoc modo a ceteris anelectricis separatum dici solet in insula positum seu insulatum, recusum ideo communicare dicitur.

CLXIV. Quaenam machina electrica.

Ad electricitatem concitandam machina quadam uti solent Physici, quam machinam electricam vocant. Consistit haec in sphaera aut cillindro ex vitro aut porcelana inter duas ligneas columnas defixa, ut celerrime circa axem suum possit revolvi. Huic supponitur pulvillus coriaceus, pilis equinis repletus et carta inaurata inductus, cui cillinder aut sphaera affricatur. In exigua a machina distantia collocatur corpus simpliciter electricum, veluti pertica, aut catena ferrea, vel quaevis metallica, quae globi aequatorem proxime contingat. Corpus istud catena dicitur, et ab aliis corporibus debet separari.

CLXV. Fluidi electrici proprietates.

Electricitatis phaenomena ab actione fluidi cujusdam subtilissimi pendere omnes jam consentiunt. [illegible] experimenta [illegible], quae circa [illegible] singulas enumeravimus in appendice Phys. generalis. [illegible] manifestat [illegible] lentem [illegible] tactu afficit, sed etiam graveolenti odore nares, acido se [illegible] linguam, [illegible] sonitu aures [illegible] et [illegible] corporum [illegible] pertussime [illegible]. Ignis [illegible] quantitas in omnibus corporibus [illegible] minus [illegible] corporibus inesse, et [illegible] electrica [illegible] ab hoc fluido [illegible], alia negative [illegible] electrica. [illegible] fluidi quantitate [illegible] in statu naturali relate [illegible] vero maior [illegible] electricum [illegible] negative electricum [illegible].

Causa fluidi [illegible] experimentis [illegible] quam multa [illegible] Franklini Americani institutis propagata invenit. [illegible] enim [illegible] intra [illegible] per [illegible] propagandum [illegible] substantiam [illegible]

cio

corporum semper electricorum ab hoc fluido provenire, ostenditur ex eo, quod per corpus propagatur quoque, quando propagatio haberi non videtur, ni [illegible] vibrantium, veluti superficies [illegible] innuunt [illegible] etiam hoc fluidum in expansione, qua se undequaque diffundere videtur. Et si maior fluidi electrici sive in corpore, sive circa corpus maior copia agregetur, quam naturalis illius corporis status exigat, eique ad exiguam distantiam admoveatur aliud corpus sive in statu naturali constitutum, sive electricum per defectum; fluidum electricum ad equilibrium restituendum mit in corpus interjectum et electricitatis indicia exibet. Non semper revolui fluidi (quod per se impossibile est, et nullam sensibile [illegible] indicium exhibet non minus quam calloricum, adeo ut nullum determinari possit gravitatis certitudo, a quo attrahatur) liber ad equilibrium restituendum redditus patet, sed in obstacula incurrit secundum majorem vel minorem corporum ipso affinitatem. Per plurima differentia corpora, quae sint in contactu, fluidum celerime transit, et inde patet, quod si omnia corpora eodem modo erga fluidum ipsum essent affecta, nunquam futurum fuisse, ut illud internosceremus, quia nullum nobis exhibitum fuisse ex iis phenomeni, quae procedunt ex repentina, quae patitur, equilibrii restitutione, et ab obstaculis, in quae incurrit. Quare corpora minus affinia interjecta in causa sunt, cur illud cognoscamus. Ideo corpora, quae fluido electrico affinia undique circumdantur ab aliis non habentibus cum illo affinitatem, dicuntur isolata, et illa isolantia.

Triplicem peculiarem affinitatem spectamus in fluido electrico nempe erga calloricum, erga lucem, et erga vapores, sic tamen est allo nemine erga calloricum ... phenomena electrica evenire non [illegible], nisi conjunctum. Et ideo, phenomena electrica [illegible] vel in nostris apparatibus, vel in terra, et in atmosphaera. Terra, quae est velut immensum quoddam electrici fluidi depositum, prodit, [illegible] ipsum ad affinia corpora sive nostri apparatus, sive atmosphaerae. Sane apparatus naturae optime convenit cum nostro apparatu. Hic enim noster habet conductores non isolatos, cum terra communicantes; habet corpora non affinia, per quae non transit fluidum electricum, et quae ejus propagationi obstando electrica phenomena manifestant; habet conductores isolatos magis vel minus communicantes, cum non desint corpora, a quibus electricum fluidum absorbetur. Similiter in naturae apparatu habetur innumerabile electricitatis depositum, nempe terra, quae est ad instar conductoris non isolati; habet atmosphaera, quae est [illegible] [illegible]; habentur in atmosphaera nubes, quae, cum ob affinitatem

tate excipiunt fluidum electricum, ineque agunt conductoris insulati. Jam vero quemadmodum globi seu cilindri actio in pulvillo efficit in nostro apparatu, ut fluidum electricum ad conductorem perveniat; sic continua globi terrestris actio in atmosphæram fluidum hoc urget in nubes. Quis autem est determinata callendi quantitate, qua vel percussi, vel simulacrum vaporibus electricum fluidum habeat transvenire per atmosphæram: seu nubes hujus fluidi copiam nunquam recipient, prout accidit nos in hyeme contingere cernimus.

electricum. Quod postremo dictum est, nos manuducit ad explicandam differentiam, quæ in electricis phænomenis apparet, inter nostrum et inter naturæ apparatum. Cum aer circa nostrum apparatum siccus est et parum aptus ad conductoris munus exercendum, cum non trahat in se fluidum conductoris insulati, electricitas non magna impeditur: et in [illegible]se, quoniam in his circumstantiis validissime sese produnt phænomena illius conductoris electrisati ob magnam, quam continet, fluidi copiam; idemque fieri videtur in permagnis electricis naturæ conductoribus seu in nubibus. Sed non ita est sentiendum. Vigor artificialis electricitatis indicat solum, aerem stantem circum machinam esse siccum; non autem atmosphæram esse in statu electrico. Electricus enim atmosphæræ status determinatur a statu conductorum insulatorum, nempe nubium in ipsa innatantium. Idcirco dum atmosphæra ignita apparet ob nimiam copiam fluidi electrici undique in terram irruentis, ut æquilibrium obtineat, immo regio in qua nos sumus cum sit humida et calida, entia omnia, ferme rapit phænomena quæ in machina nostra cernere studemus. Ergo censeo, phænomena electrica sive nostri apparatus, sive atmosphæræ desumere normam ab aere circumstante, atque a majore vel minore copia fluidi electrici, qua conductor insulatus [illegible] Sine si aer sit humidus, fluidum electricum neque in nubibus, neque in insulatis nostris conductoribus congregat. Siccior aer [illegible] [illegible], [illegible] facile [illegible] fluidum electricum, [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] tamen, neque tunc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

CLXVI *Quomodo explicanda phænomena fluidi electrici?* Mirabiles electrici fluidi effectus diversis physicorum animos occuparunt, et [illegible] [illegible] eo dicta fuere. Paucis exponemus ea quæ hac super re [illegible] [illegible]. Junctum est electrici fluidi affinitas cum [illegible] et luce, ut [illegible] dici possint, illud nunquam a dictis [illegible] [illegible] esse [illegible], quoniam ab illis non segregatur, nisi quando sese abderet [illegible] [illegible] in se ipso, dum liber ei motus et transitus non [illegible]

Hinc fit ut quemadmodum lux et callorium exoriens sese produnt quando in combustione ab oxygeno sejunguntur, sic pariter sese manifestent seu similiter lux et calloricum, dum electricum fluidum sese recondere cogitur; enim necesse habet, ut ab his sese segreget. Quare quidam flammam seu electricam scintillam tunc conspicimus, quando fluidum corporis electrisati gradum facit ad corpus sese offerens ad certas distantias positum. Major vel minor apparet scintilla ista secundum majorem aut minorem vim, quam electricum fluidum patitur dum sese debere intimius cogitur; quemadmodum plus vel minus ignis emungat in combustione pro majori vel minori copia oxygeni transeuntis ad corpus urens. Cordlaria

Facile ex hinc apparet, quomodo, ubi electricum fluidum intimius [illegible] tanta esse debitur lucis et callorici, quae ab ipso seque[illegible], vis est nostra, ut exeat vehementius, [illegible]

[illegible] etiam ex eodem principio explicare, cur, si per [illegible] magna hujus fluidi quantitas penitus [illegible], [illegible] tanta est vis callorici [illegible] sese insinuet in [illegible] conductore fili ferrei, ut hujus fili [illegible] liquare possit, et interim fluidum electricum [illegible] per filum ad quamcumque longitudinem, [illegible] ullam in eo immutationem efficiat.

[illegible] intelligere cur in experimentis machinae [illegible] electricum currens per conductorem [illegible] interruptum [illegible] [illegible] summa illa [illegible] ad quamvis interruptionem exhibeat scintillam, [illegible] statim [illegible] [illegible] fluidum electricum [illegible] calloricum et lucem, et ideo currens [illegible] relationem, quam habet [illegible] calloricum et lucem, [illegible] sedes, et conjungit [illegible] per conductorem alternis vicibus sedes, et conjungit [illegible]

[illegible], quomodo fiat, ut fluidum a conductore electrisato ad non electrisatum [illegible], ubi internonat corpus vel se [illegible] [illegible] fluidum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] calloricum et lux [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] nullo modo [illegible] [illegible] [illegible] fluidi electrici tendentia ad aequilibrium obtinendum. Ukslim

[illegible] experientia [illegible] [illegible], [illegible] natura [illegible], in quibus [illegible] [illegible] major substantiarum quantitas, a quibus producuntur. [illegible] vero, quam a natura [illegible], [illegible] electricum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; [illegible] majus vel minus [illegible], quod [illegible] ejus [illegible]. Non [illegible] a Physicis determinatum, an calloricum et lux fluido [illegible] [illegible] semper eandem servent inter se proportionem quoad quantitatem, vel [illegible]

vel proportionatam affinitatem sequuntur. Fenomena tamen, quę nobis offeruntur, facilem habent explicatum, si dicamus fluidum hoc aliquando tollam delerere lucem et callorium, aliquando totam lucem et partem tantum callorii; et aliquando totum callorium et partem tantum lucis. Illud generatim semper meminisse debemus aliqua corpora esse, quę per quę fluidum electricum liberrime defluit quamvis luci et callorico sit conjunctum; atque hinc munimur conductoris ferrei, et cuspide metallica ad edificiorum mesuram et alia dari corpora, quę idem fluidum in se recipiunt quidem sed ab hac conjugatione callorici et lucis immune. Coalutio callorici et lucis, quę segregata a fluido electrico inter se componuntur, et ignem constituunt, est immediatum principium, unde terribiles dimanant electricismi effectus.

ARTICULUS QUINTUS

De Metheoris Ignitis et Lucidis.

CLXVII *Quęnam metheora ignita et lucida?* Metheora ignita dicuntur phenomena in sublimi apparentia quę accepiones coluent et quorum lux propria est, non adventitia. Precipua sunt Tonitruum, Fulgur, Fulmen. Lucida vocantur metheora quę a solari luci, reflexione et refractione pendent. Inter hęc numerantur iris, halo, Parhelii, et Paraselleneз.

CLXVIII *Tonitruum.* Fluidum electricum natura suam in equilibrium contendens, magna maximum celeritate ex una in alteram nubem vel ex nube in terram defluit, major ipse quam esset resistentia aeris natura sua elastici, quiobe it electrico fluido defluere videtur tonitruum dicitur. Aer nem se sicut nullam habet cum electrico fluido affinitatem fragoris vero amplitudo est intensio est proportionalis cum majores vel minores electricas explosio nel ideft eo major erit tonitrui stetes strepitus, quo major est resistentia in qua fluidum electricum incurrit. Ad hoc igitur phenomenon ex co rendum opus jam non est, ut aliquando fieri solebat, ad sulfureas et nitrosas conjectas exalationes habere recursum.

CLXIX. *Fulgur.* Tonitrui murmur cum aliud non sit, quam vibratio propagata per aera et nubes, quę sunt corpora sonora, distingui oportet a fulgure, per quod significamus lucem, quę in electrici fluidi explosionibus evolvitur. Hinc est quod aliquando fulgur conspicimus sine tonitruo; aliquando vero fulgur primo oculos, deinde tonitruum aures efficit. In primo namque casu fluidum a nube in aliam gradum cadens in nullum incurrit obstaculum, sed sese intimias recondere tantum cogit. Ideo non adest explosio, et proinde neque motus sonorum.

bori·

torius, in quo sonus consistit. In altero casu apparet quomodo lux valde celerius sono propagetur. In tonitruo igitur et fulgure e nubibus ad atmosphæram procedente, id evenit, quod evenire solet in explosione bellici tormenti, quod a nobis distet, primus nempe flammæ ~~nempe~~ splendor in oculos, deinde fragor in aures irruit. Atque quemadmodum ex tempore intercedente inter apparitionem flammæ et strepitus sensationem eruere possumus tormenti bellici distantiam, sic ex iisdem indiciis colligere possumus distantiam nubis, ex qua fulgur et tonitruum erumpunt.

Fulgur et tonitruum semper secum trahunt fulmen. Electricum nempe fluidum, cum per se ad equilibrium obtinendum e nube in qua nimis copiosum existunt, diffunditur in terram, quæ potest illud facile continere. Transitus iste rapidus est, violentus et perstrepens, quoniam per vim tollere debet resistentiam atmosphæræ, quæ per se non est corpus deferens. Nisus iste fulminis naturam exprimit. Fulgur nempe consistit in concursione terribili, quam ex perniciosis suis effectibus optime novimus, quamque fulgur et tonitruum semper comitantur, quia fluidum electricum lucem exuit, ex nubes sese ab impulsione concutientes motu concipiunt oscillatorium, qui sonum efficit. Quare cum hic transitus fluidi electrici ordinetur ad equilibrium consequendum, percipimus nubem, unde fenomenon, tale erumpit, esse conductorem isolatum constitutum in medio corporum non deferentium seu atmosphæræ. Idcirco quo magis insulata erit nubes, sive quo minus humida atmosphæra nubem circumdans, et quo calidior erit temperatura, per quam a terra simul cum invisibilibus vaporibus attollatur fluidum electricum, et ob prevalentem affinitatem retineat nubem, tanto plus efficacie et terroris exibebunt fenomena restitutionis equilibrii, in quod fluidum electricum contendit. Hinc in aere humido ante solis ortum, et tempore hiemis nullum fulmen timemus, eo quod cum tunc atmosphæra sit plena vaporibus, equilibrium fluidi electrici a nubibus ad terram obtinetur sine objecti resistentia, quoniam corpus deferens a summo ad imum continuo extenditur.

